

de filios vestros pariter in

**E**t si quis locum vestrum  
intra domum suam deponere  
voluerit cum in hoc volumine  
placuit cum in hoc volumine

**Q**uoniam cum servare est  
secum voluntate huius  
qui in solis est huius meus  
fuerit et non est in huius.

**A**lterum huius huius pallis in

et in huius huius huius

**E**t in huius huius huius

et in huius huius huius

et in huius huius huius

**I**n huius huius huius

huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius

**P**as huius huius

huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius

**A**lius huius huius

**I**n huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius

huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius

huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius  
huc huius huius huius

huc huius huius huius

~~AM 76~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
IB 56. ———  
SIGNAT. 61515000XIII.



6

E P I T H A L A M I A

*Honori & felici auspicio*

*Nuptiarum*

*Ornatissimi ac peritissimi Viri,*

**D N. JOANNIS VOLGENADT**

*S P O N S I,*

*Nec non*

*Leclissima & pudicissima virginis*

**S U S A N N Æ**

*Integerrimi & spectatissimi Viri*

*Dn. JOHANNIS FLEGELII*

*Civis Reip. VratisL.*

*primarij, filia*

*S P O N S Æ,*

*Ab amicis in Academia Francofurtana  
scripta & consecrata*

*Distichon annum, mensem & diem nuptiarum, nomina  
quoq; Sponsi & Sponsæ continens.*

*SoLes ter seX, seX, & qV InqVe NoVeMber Vtegit,*

*Iane tIbl sponso sponsa SVsanna DatVr.*

*Barth. Hemp G.S.*

*Typis FRIDERICI HARTMANNI  
Bibliopolæ.*

1605



# Sponsis Ornatissimis.



Conjugium quamvis durum; multumque  
molestum,  
Res tamen & multis condecorata bonis.

Quandoquidē humanæ quædam est academiavitæ,  
Tellurem servat, cælica regna replet.  
Ergo ritè facis, quando consortia lecti  
Exoptas focij, & jura marita petis.  
Eligis ex alijs castam Neonymphe Susannam,  
Omen præclarum nomini inesse putans.  
Faxit præclaris cæli qui præsidet astris,  
Vivatis Pylios Nestoreosque dies,  
Vivite felices, concordivivite sensu,  
Et vos perchara prole Jehova beet.  
Venerit & quando miserabilis exitus hora,  
Vos DEUS astriferi ducat ad astra poli.

*αυτοσχεδιασι*

*M. Paulus Trescovius Scholæ Gubinensum  
vacatus Rector.*

---

CVM jam videntur cuncta rigescere  
Frigore; sunt imò prata nive obruta  
Brumali: nec in ullo  
Crescit flosculus hortulo  
Pulcher odore, sapore, flore:  
En JANE felix, plantula floridat  
Horto in amæno pulcherrima. Planta sed  
Si quæras tibi in horto  
Qualis pulchra repullulet  
Flore, colore, sapore, odore?

Au-

Audi / virenti crescere LILIUM  
 Dico tibi fragans in viridario;  
 Quo flore indigitare  
 Sponsam sic volo bellulam,  
 Sponse polite, tuam Susannam:  
 Nam qui Susannam nominat; ipsemet  
 LILIUM odoratum dicit & innuit.  
 Quare, ô Sponse, triumpham  
 Brumâ hoc quòd tibi Lilium  
 Præ reliquis viret atque floret.  
 Sed comprecamur, quòd tibi Flosculum,  
 Flora, velit, florum quæ Dea dicitur,  
 Hunc vivum superesse  
 Dudum, ut germina proferat,  
 Quæq; solum repleant, polumque.  
 Bernhardus Langius Leoberg, SiL. Med. St.

---

**A** Nnue quaeso meis precibus nunc annue votis  
 Alma Parens: ineunt fœdera firma thori.  
 Fœdus inire parant, lepidus se fœdere jungit  
 Vir Nympha, nubit Nympha pudica viro.  
 Felices vivant ambo, mox tertius adsit,  
 Vnâ qui vivat; vita sit assidua.  
 Absint & cura, rapiat non cura quietem  
 His nuptis, latum reddat utriq; diem.  
 Albinus Helvvigius Vratis. Sil.

---

**C** Armina Sponse tibi, quam Charissime dicam?  
 Queve tua Sponse munera grata feram?  
 Ambigo, Calliopea licet sit sæpè rogata,  
 Nunc tamen à metris est aliena meis.  
 Hactenus & cessat me Juno juvare vocata,  
 Destituit prorsus me quoq; dulcis hymen,

A 2

Jubi-

*Jubila quo nequeam lato tibi fundere plausu,  
 Certa q̄ laticia reddere signa mea.  
 Me jubet at Phæbus, gratantes inter amicos,  
 Gratari Sponso, dicere fausta toro  
 Gratulor idcirco toto tibi pectore, Sponsam  
 Quod pulchram casto jungis amore tibi.  
 Est etenim res grata DEO, pia & utilis orbi,  
 Si celebrata p̄j sint sacra ritè tori.  
 Grator & hac nostram quod vis ratione subinde  
 Gentem augere, nova prole beare torum.  
 Hanc igitur lætè venientem suscipe Sponsam,  
 Connubio jungit quam tibi dextra Dei.  
 Quem precor, ut sacro cœpta hac spiramine firmet,  
 Prosperitet thalamum, dans bonæ cuncta bonus.  
 Vivite felices senis ambo. Nestoris annos,  
 Intret & in vestram nulla querela domum.  
 Hac precor, hæc q̄ novis nuptis optanda putavi,  
 Christe fave & votis pondus adesse iube.  
 Quod superest, alijs tinquam, me sanguine junctum  
 Fraternali, prohibet dicere plura pudor.  
 Augustus Volgenadt Frater faustæ  
 appreciationis ergò fac.*

---

**V**T cæli faculæ sub opacâ nocte nitentes  
 Illustrant taciti templa suprema poli:  
**Clarius** ut rutilat, si quam tegit aurea vestis,  
 Artificis facili gemma polita manu:  
**Vt fulvum** nitidumq̄ aurum nitidissimus ipse  
 Ornat sidereo lumine Chrysolithus:  
**Sic conjunx** decorat splendore domumq̄; Virumq̄  
 Egregio asseritur si qua decora Viro  
**Quod tripode** è sacro Sophie cum protulit, acer  
 Audierat IANVS, taliaq̄ ore refert.  
**Hoc ubi** specto meum decus, hoc ubi nobile sidus,  
**Hanc ubi** mi gemmam quæro petoq̄ meam?

Quærit

Quærit, aditque oras alio sub sole calentes :  
 Sed sibi nullam aptam, qua viget arte, videt.  
 Hic, ait, absistam, meus hic frustraneus error :  
 Mutuus in patriam me mihi reddet Amor.  
 Ut redit in patriam, (cultas habet illa puellas)  
 Dispicit, atque unam, qua sapit arte, capit :  
 Dum capit. hæc mea gemma, Inquit, mea in hac mihi lux, noxque  
 Et sedes vitæ mortis eritque meæ.  
 Hæc stella una domus, hæc cum mea stella refulget,  
 Fulgebit pleno lumine tota domus.  
 Gaude *SPONSE*, Deus te, non Venus, ipse beavit,  
 Est tua gemma Dei numine lecta tibi.  
 En, venit è Charitum numero Charis una, *SYSANNA*;  
 Gente è *FLEGELIA* quæ trahit orta genus.  
 Hæc oculis blandas inspirat blandula flammæ,  
 Et facit ut lentate facie adurat Amor.  
 Huic ex se elicitæ pulcherrima munera formæ  
 Natura ut miris inducit ipsa modis :  
 Affusa est lepidis mellita medulla labellis;  
 Hanc clarat castus cum pietate pudor.  
 Candida se medijs quoties tibi suggeret umbris,  
 Nox fiet, frontis luce, serena dies,  
 Sunt placidi mores, rerumque est sedula custos,  
 Ut dici mereat gemma decusque Viri.  
*SPONSA* in honore novo nova gaudia concipe, *SPONSA*;  
 Ecce Dei auspiciis te tuus ambit honor.  
*IANVS* adest, Neonymphus adest, tibi clarus adest Sol,  
 Lucida de cuius lumine Luna nitens.  
 Subdita cui vives : ceu subiacet aurea Phœbo  
 Phœbe, etsi motum vendicat ipsa suum.  
 Eius eris speculum, mores si milesque reflectes,  
 Ut morum ostendet femina prima tibi.  
 Virtutis nitidum jubar & pietatis in illo  
 Emicat, inque ejus pectore rara fides.  
 Multorum ille hominum mores lustravit & urbes,  
 Imò orbem : tutum quæ patet orbis iter.  
 Nunc igitur molli tecum requiescere in umbra  
 Optat, & optatâ pace, *SYSANNA*, fui

Annue, candidulis defessum & suscipe in ulnis,  
Da, capiat longis otia parta vijs.  
Annuit. ô gaudere iuvat, gaudete beati,  
O nove Virtutis ô nova Sponsa bonis;  
Conjugii dulcis nunc gaudia jungite uterque,  
Gaudia non uno continuanda die.  
Sunt duo: gemma, aurum; sed juncta, fit annulus unus:  
Sic in amore animos mens reget una duos.  
Ditabit vos una ambo: Benedictio Cœli,  
Vnius & Veneris præmia uterq; feret,  
Se unus in amborum insinuabit spiritus artus,  
Mentem unam amborum spiritus unus alet.  
Vniti unanimi & concordii vivite amore;  
Crescite, multiplici crescite prole patres,  
Non videant, vestris quæ fulgent sidera tædis  
Luce vacare domum, prole vacare torum  
Sol orbem irradiat, sed Sol ibi nocte tenetur,  
In quo non radiat, pusio, pupa, toro.

*Bartholomæus Smoldius Rigâ-Livonus*

---

**G**AUDE conjugii jugum JOANNES  
Dum blandum subis, & tibi maritam,  
Pulchram, blandidulam, piam maritam,  
Laudatisque satam, probam maritam,  
Flammis ustus amoris ipse jungis.  
GAUDE connubij torum SUSANNA  
Dum dulcem ingrederis, tibi maritum,  
Virtutum studijs honestiorum,  
Et morum studijs politiorum,  
Laudatum, genere è bonoque jungens,  
Nam sint tristitiæ licet frequentes  
Castis conjugibus paratæ ubique:  
Dæmon quandoquidem perennis hostis  
Sponsorum: tamen haud torus beata  
Prorsus lætitia potest carere.

Autor



Aut ornans Deus hujus est; cumque  
Christus vina parans novis maritis  
Ornavit: pia turbaque angelorum  
Castorum favet & tuctur, ignem,  
Qui casto studio fovent amoris.

Ac vitis velut arborem decorat  
Junctam; sic thalamum duo colentes  
Unum splendidulo nitent honore.

Botrusque ut rubicundus auget alta  
Pendens vite racemi amœnitatem;  
Sic lecti soboles proba est paterni  
Fructus splendidus & decus perenne.

Hæ vobis etiam ut beatitates,  
Castum qui thalamum subitis una,  
Contingant precor, adde vim benignè  
O votis Deus hisce quæso clemens.

*Michael Hene Vratis L. S.*

---

*S*ponse quid exoptem prius, aut quid vota precentur,  
Divitias & opes ut cumulare queas?  
Aut ut per terras volitet tua fama remotas,  
Et mores laudet patria terra tuos?  
Aut ut pro meritis sublimem gloria tollat  
Et Sponsum dignus te comitetur honor?  
Non equidem: redeat sed Jano infantia prima,  
Quam lustret, referat tempora prima puer.  
Hunc tandem laudes, hunc gloria, fama sequantur,  
Conjugium felix fiat ut omne tuum.

*amoris ergo deproperabat*

*Casparus Langius Dracopyrgensis. S.*

---

*S*I quæ pudica, probis prognata parentibus uxor,  
Pulchra, pia, & lautâ res sit, amansq; Viris  
Illâ num quicquam toto præstantius orbe,  
Num quicquam terris dulcius esse queat?

O nimium felix; & ab omni parte beatus,  
 Conjuge quem tali Numina dextra beant!  
 Nempe venit nulli tenues delapsa per auras,  
 Sed datur à solo sepè petita Deo;  
 Ille velut primus connubia sanxit, & Evam  
 Participem thalami fecit Adame tui;  
 Sic & adhuc illi sunt vincla jugalia cura,  
 Quosq; toro jungat providet ipse duos;  
 Sic quoq; non casu tibi, qua nunc ducitur uxor,  
 Contigit; ò multis Sponse beate modis!  
 Nec te fœda Venus, nec pronuba Juno beavit,  
 Sede sed æthereâ missa SUSANNA tibi,  
 Pulchra Susanna, probo sata utroq; parente, Susanna  
 Quam pudor & pietas ornat, amorq; tui.  
 Hac tecum cunctos feliciter exiget annos,  
 Et faciet pulchrâ prole marita patrem;  
 Hac tibi certa dabit dubijs solatia rebus,  
 Et gravibus curis mite levamen erit.  
 Hac tibi erit gemmis, fulvo & preciosior auro,  
 Ipsi tu quoq; eris divitijs melior.  
 Hanc tu ceu casto reverenter habebis amore,  
 Sic te concordî mentis amore colet.  
 Gratulor iccirco thalami tibi fœdera sancti,  
 Quæ sic cum sociâ conjuge letus inis:  
 Et precor, ut castos qui sanxit & approbat ignes,  
 Confirmet lecti gaudia casta tui;  
 Quo duce nulla pios contristant fata maritos;  
 Quæis favet ille, favent, quos premit ille, premunt;  
 Ille tibi Sponseq; tuæ bona divite cornu  
 Cuncta det & multos absq; labore dies:  
 Vt, ceu juncti annis pariter juvenilibus ambo,  
 Sic ambos pariter ruga senilis aret.

Bartholomæus Hempelius Gura-  
 viensis SiL.

ΕΛΕΝΧΙΟΥΣ Catecheticarum.

Προδιαβαλλία examinis partium Catecheticos minoris 248. g. lineam com-  
mendationem Catecheticos, edita a D. Zadaris SCHILTERO.

Synopsis Ius προδιαβαλλίας, eisd.

Analysis Articuli Symboli Apostolici, eisd. D. Schitt.

• προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Hallen.

Alia prodis. eisd.

Alia eid.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Volzradt.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Adami Georgii.

Volzradt nuptiarum filii successu latu Alberto Georgio.

Disputatio de loco et tempore M. Fickler.

Disputatio de Demonstratione M. Escheri.

Consultatio ex 1. Reg. 12. aliquot orationibus expressa Francos.  
in collegio privato M. Calchi Gropfieri.

Oratio de unitate et progressu certaminum Nestorianorum et Eutychariorum  
in articulo de Persona Christi Wolf. Franzii. 13 N.

Disputatio de Persona Domini nostri Jesu Christi, eisd. Franzii. 13 N.

VD 17

7

**Q**uod dicitur

... dicitur ...  
... dicitur ...  
... dicitur ...

**De** uno martire

**I**tem dicitur

... dicitur ...  
... dicitur ...

**Ps.** ...

... dicitur ...

**Q**uod dicitur

... dicitur ...  
... dicitur ...

**Ps.** ...

... dicitur ...  
... dicitur ...

**De** ...

**Alia** ...

... dicitur ...

**Ps.** ...

... dicitur ...

... dicitur ...

... dicitur ...

... dicitur ...

... dicitur ...

... dicitur ...

... dicitur ...





6

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

L A M I A  
*lici auspicio*  
*rum*  
*ritissimi Viri,*  
**VOLGENADT**  
*on*  
*cissima virginis*  
**N N Æ**  
*ectatissimi Viri*  
**I S FLEGELII**  
*. VratisL.*  
*j, filia*  
**N S Æ,**  
*nia Francofurtana*  
*nsacrata,*  
*diem nuptiarum, nomina*  
*onsæ continens.*  
*NoVeMber Vtegle,* 1605  
*Vsanna DatVr.*  
 Barth. Hemp G.S.  
**HARTMANNI**  
*ola.*